

EKSAMEN I LAT2408 Romersk fiksjonsprosa VÅR 2016

Oppgaven består av 2 sider.

Tirsdag 14. juni (4 timer) Ingen hjelpebidrifter

Alle spørsmål skal besvares

Oppgave 1:

- a. Oversett *Historia Apollonii regis Tyri* kapittel 4:

Et cum has crudelitates rex Antiochus exerceret, quidam adulescens locuples valde, genere Tyrius, nomine Apollonius, navigans attingit Antiochiam, ingressusque ad regem ita eum salutavit: "Ave, domine rex Antioche!" Et ait: "Quod pater pius es, ad vota tua festinus perveni; regio genere ortus peto filiam tuam in matrimonium." Rex ut audivit quod audire nolebat, irato vultu respiciens iuvenem sic ait ad eum: "Iuvenis, nosti nuptiarum condicionem?" At ille ait: "Novi et ad portae fastigium vidi." Rex ait: "Audi ergo quaestionem: scelere vehor, maternam carnem vescor, quaero fratrem meum, meae matris virum, uxoris meae filium: non invenio." Iuvenis accepta quaestione paululum discessit a rege; quam cum sapienter scrutaretur, favente deo invenit quaestيون solutionem; ingressusque ad regem sic ait: "Domine rex, proposuisti mihi quaestionem; audi ergo solutionem. Quod dixisti 'scelere vehor', non es mentitus: te respice. Et quod dixisti 'maternam carnem vescor', nec et hoc mentitus es: filiam tuam intuere."

- b. Forklar de understrekte partiene innholdsmessig og kommentar utdraget ut fra din kjennskap til romanen.



KANDIDATEN BES SKRIVE TYDELIG MED PENN

Oppgave 2:

- a. Oversett fra Petronius: *Satyricon* kapittel 102:

1 Quin potius, inquam ego, ad temeritatem configimus, et per funem lapsi descendimus in scapham, praecisoque vinculo reliqua Fortunae committimus?

2 Nec ego in hoc periculum Eumolpon arcesso. Quid enim attinet innocentem alieno periculo imponere? Contentus sum, si nos descendentes adiuverit casus.

3 Non imprudens, inquit, consilium, Eumolpos, si aditum haberet. Quis enim non euntes notabit? Utique gubernator, qui pervigil nocte siderum quoque motus custodit.

4 Et utcumque imponi vel dormienti posset, si per aliam partem navis fuga quaereretur: nunc per puppim, per ipsa gubernacula delabendum est, a quorum regione funis descendit, qui scaphae custodiam tenet.

5 Praeterea illud miror, Encolpi, tibi non succurrisse, unum nautam stationis perpetuae interdiu noctuque iacere in scapha, nec posse inde custodem nisi aut caede expelli aut praecipitari viribus.

6 Quod an fieri possit, interrogate audaciam vestram. Nam quod ad meum quidem comitatum attinet, nullum recuso periculum, quod salutis spem ostendit.

7 Nam sine causa spiritum tanquam rem vacuam impendere ne vos quidem existimo velle.

- b. Ut fra din lesning av *Satyricon*: Gi en vurdering av stil, innhold og språk. Kommenter dette i kontrast til en eller flere andre latinske prosatekster du har lest.